



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

3. Minor. 25. annis, ineptus est ad executionem testamenti. Et quid ita,
ibid. & nu. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

tur ab executione.

1. Minor. 25. annis, ineptus est ad executionem testamenti. Et quid ita, ibid. & nu. 4.

Quemadmodum & alij ad alia munera non sunt idonei: ita nec ad ultimas voluntates passim omnes possunt designari executores.

Primò, monachi arcentur ab ista functione: nisi impetrata superioris licentia. c. si in prin. de testa. lib. 6. Quod si permissu tali susceperunt prouinciam exequendi, tum scire debent, nullo se privilegio eximi, quo minus de fraude & culpa, ad instar aliorum, conueniri possint. cle. 1. de testamen.

2. Secundo, pupillos, furiosos, mente captos, & similes non admitti, clarum est. l. sed & si in seruum. ff. de recep. arbi.

3. Tertio, quid de minore. 25. maiore tamen. 17 annis, admittitur ne ad executionem? Sunt qui hoc thema variò disputant. Mihi videtur, vix vllum tantæ futurum vesaniæ, vt executionem vltimæ voluntatis adolescenti comittat: cuius viam non magis intelligi Salomon-

4. dicit, quam auis volantis in aëre. Si tamen sic eueniat, verior est sententia illorum, qui dicunt, eum non admitti. Quod & spec. tandem adserit

ferit. Indignum enim est, administratorem fieri alienæ rei, qui in suis eget alterius auxilio
 §. item maior. insti. de excus. tut. c. indecorū. de
 eta. & quali. Præterea, executorem, ut satis
 faciat officio sibi commissio, sæpe oportet ver-
 sari in iudicio: si quid forte sit exigendū ab in-
 uitis. Sed maior 25. annis, nō habet legitimam
 personam stādi in iudicio. l. exigendi. C. de pro-
 cu. argumento à speciali casu d. c. qui generali-
 ter. eod. tit. li. 6. Ergo frustra. deputaretur
 minor. 25. annis executor testamentarius.

An mulier possit esse executrix,

Titu. 5.

S Y M M A R I V M.

1. Mulier admittitur ad executionis functionem.
2. Mulier executrix creata a marito, an finiatur executio ea conuolante ad secundas nuptias.
3. Mulier suscepta executione, post añum luctus rapta ad secundas nuptias; confert administrati- onem episcopo, in his executionibus quæ longi- us tempus, quam annum, exigunt.

T Ametsi mulier ob fragilitatem sexus, à multis muneribus arceatur, & in pro-
 prijs